



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Decretvm Vt omnes Regularium Superiores suos subditos,  
& Religiosos persaepe commoneant de iniuncta omnibus  
obseruantia, & executione Apostolicarum Constitutionum,  
& Decretorum ad Officium ...**

**Urban <VIII., Papst>**

**[Romae], 1645**

XXVII. Reuocatio quarumcunque co[n]cessionum viuae vocis oraculo  
factarum, exceptis oraculis factis S. R. E. Cardinalibus, et eorum manu  
firmatis. Gregorivs Papa XV. Ad perpetuam rei memoriam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10826**

*providentia Papæ XV. anno eius secūdo, supradictum decretum affixum & publicatū fuit ad valvas basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, ut moris est, per me Brandimartem Latinum S.D.N. Papæ Cursorem.*

*Octavius Spada Mag. Curs.*

**X X V I I.**

Reuocatio quarumcunque cōcessionum viuæ vocis oraculo factarum, exceptis oraculis factis S. R. E. Cardinalibus, et eorum manu firmatis.

**GREGORIUS PAPA XV.**

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium.

**R**omanus Pontifex in specula militantis Ecclesiæ diuina providentia constitutus, gratias, et indulta à se, et prædecessoribus suis concessa, iustis interdum suadentibus causis, iuxta creditum sibi Pastoralis officij debitum moderatur, aut reuocat, prout, rerum, et temporum qualitatibus debite pensatis, cōspicit in Domino salubriter expedire.

Reuocatio de qua in Rub.

S. I. Itaque Motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris,

tris, deq. Apostolicæ potestatis plenitu-  
 dine, omnia, et singula indulta, faculta-  
 tes, priuilegia, gratias, et concessiones  
 quascūque spirituales, et Ecclesiasticas,  
 tam ad forum interius quàm ad exterius  
 spectant, ac tam ad supplicationem par-  
 tium, quam motu, scientia, & potesta-  
 tis plenitudine similibus, à Sede Apo-  
 stolica; quæ tamen viua vocis oraculo  
 hæctenus quodocunque, & qualitercū-  
 que, ex quauis, etiam de necessitate ex-  
 primenda causa, quibusuis Collegijs, Ca-  
 pitulis, Ordinibus, tam Mendicantium,  
 quàm non Mendicantium, Societatibus,  
 etiam Societatis IESV, ac Cōgregatio-  
 nibus quibuslibet, siue eorum, & earum  
 respectiue Præpositis, Decanis, Magi-  
 stris, Ministris, Prælatiis, Prioribus, Re-  
 ctoribus generalibus, vel Prouincialibus  
 quocunque nomine nuncupatis, Supe-  
 rioribus, etiam quomodolibet exemptis,  
 ac Sedi prædictæ immediatè subiectis, cu-  
 iuscunque dignitatis, præminentia, aut  
 quouis priuilegio munitis, non tamen  
 ad supplicationem Regum concessas, in  
 ijs, videlicet, quæ non sunt sortita effe-  
 ctum, tenore præsentium reuocamus, cas-  
 samus, tollimus, abrogamus, & annulla-  
 mus, ac reuocata, cassa, sublata, abro-  
 gata, & annullata, viribusque, & effectu  
 vacua perpetuo fore, & esse, neque in-  
 po-

posterum cuiquam suffragari posse, vel debere, neque aliquem ijs de cætero vti villo modo posse, etiam si expressa, & specifica mentio, etiam de verbo ad verbū de ijs facien̄ esset, decernimus, & declaramus.

Exceptio de quibus in Rubrica similiter dicitur.

§.2. Firmis tamen, & in suo robore permanen̄ omnibus indultis, & alijs concessionibus prædictis, viua vocis oraculo S. R. E. Cardinalibus ad ipsorum, vel aliorum quorumcunque fauorem, propria S. R. E. Cardinalium manu firmatis, pro ipsis, vel alijs factis, & de quibus iisdem S. R. E. Cardinales testimonium in scriptis præbuerunt.

Clausularum præseruatiua-ri adiunctio.

§.3. Decernentes, præsentis litteras, & in eis contenta quæcunque, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes, ad hoc vocati, & auditi non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, seu alio quocunque defectu notari, impugnari, redargui iure, vel controuersiam reuocari, ad terminos iuris reduci, vel aduersus illas, quodcunque iuris, gratiæ, vel facti remedium impetrari nullatenus posse, sed illas semper validas, & efficaces existere, & fore, suosq. plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere.

§.4. Sicque per quoscunque Iudices

or-

ordinarios, & delegatos, etiam causarum  
 Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E.  
 Cardinales, etiam de Latere Legatos, &  
 Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet  
 quavis aliter iudicandi, & interpretandi  
 facultate, & auctoritate, iudicari, & diffi-  
 niri debere, ac irritum, & inane si secus  
 super his a quoquam quavis auctoritate  
 scienter, vel ignoranter contigerit atten-  
 tari.

Clausula su-  
 blata.

§. 5. Non obstantibus, ac quibus-  
 vis constitutionibus, & ordinationibus  
 Apostolicis, Ordinibus, Societatibus, &  
 Congregationibus predictis, eorumque  
 Præpositis, Decanis, Magistris, Mini-  
 stris, Prælatibus, Prioribus, Rectoribus, &  
 alijs Superioribus predictis, sub quibus-  
 cunque tenoribus, & formis, ac cum qui-  
 busvis etiam derogatoriarum derogato-  
 rijs, alijsque efficacioribus, & insolitis  
 clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis in  
 genere, vel in specie, ac alias in contra-  
 rium præmissorum quomodolibet con-  
 cessis, confirmatis, & innovatis. Qui-  
 bus omnibus, & singulis, etiamsi pro il-  
 lorum sufficenti derogatione de illis, eo-  
 rumque totis tenoribus specialis, specifi-  
 ca, expressa, & indiuidua, ac de verbo  
 ad verbum, non autem per clausulas ge-  
 nerales idem importantes mentio, seu  
 quavis alia expressio habenda, aut ali-  
 qua

Clausula de-  
 rogatoria.

qua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenore huiusmodi, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanfuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisq. contrarijs quibuscunque.

Transumpto-  
rum fides.

§.6. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio, & extra illud, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Publicatio in  
Urbe omnes  
ligare decer-  
nit.

§.7. Quodq. eadem præsentibus litteræ, seu illarum exempla, ad valuas Basilicarum S. Ioannis Lateranen, ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixæ, omnes ita arctent, & afficiant, ac si vnicuiq; personaliter intimatæ fuissent.

Dat. P. An. 2.  
die 2. Julij.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die 2. Julij 1022. Pontificatus nostri anno secundo.

*Anno à Natiuitate D. N. IESV Christi  
millesimo sexcētesimo vigesimo secun-  
do, indiētione quinta, die vero prima  
mensis Septembris, Pontificatus San-  
ctissimi Christo Patris, & D. N. D. Gre-  
gorij.*

Gregorij diuina prouidentia Papa XV. anno eius secundo, retrospectiua Constitutio affixa, & publicata fuit ad valuas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranen. Principis Apostolorum de Vrbe, et in acie Campi Flora, vt moris est, per me Brandimartem Latinum Apostolicum Cursorem.

Octavius Spada Mag. Curs.

Extensio Constitutionis rec. mem. Gregorij Papæ XV. reuocatoria cōcessionum viuæ vocis oraculo factarum.

VRBANVS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**A**lias fel. rec. Gregorius Papa XV. prædecessor noster, vt subnascensibus iugiter varijs difficultatibus, & abusibus ex priuilegijs à Sede Apostolica viuæ vocis oraculo sæpenumero concessis obuiam iret, Constitutionem edidit tenoris subsequen. videlicet. GREGORIVS PP. XV. Ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex in specula militantis Ecclesiæ. Reliqua vide sup. fol. 104.

S. I. Cùm autem experientia rerum, magistra compertum sit, concessiones,

&

Edita An. D  
1631.

[Causa huius  
extensionis.]